

Zur Kritik und Erklärung der klassischen Texte.

I. Zu griechischen Dichtern.

Analecta Critica.

Homer. Iliad. XI, 489.

Homeri carminum qualis fuerit antiquissima forma quaeritur et quaeretur, quousque philologia erit inter mortales. Ad hanc quaestionem solvendam aliquid conferemus, haud magnum sane per se, sed quod totum hoc genus insigni exemplo illustret. Verba Homeri haec sunt:

Αἴας δὲ Τρώεσσιν ἐπάλμενος, εἶλε Δόρυκλον
 Πριαμίδην, νόθον υἷόν· ἔπειτα δὲ Πάνδοκον οὔτα·
 οὔτα δὲ Λύσανδρον καὶ Πύρασον ἠδὲ Πυλάρτην.

Nomina ista, quae nulla aut prosapiae aut virtutis notatione illustrantur, si quis accuratius consideraverit, eiusdem sunt generis. Significant enim Deum inferum. Πάνδοκος, Πολυδέκτης, Πανδέκτωρ Plutonem significare satis constat; Πυλάρτης eiusdem est frequens apud ipsum Homerum epitheton; eodem refertur Λύσανδρος, qui mortalium artus solvit; denique Πύρασος est qui mortua corpora rogo imponit. Nam quod prior v. syllaba producta est, nihil offensionis habet, quia et ictus et accentus eo vergunt, duae autem eam breves syllabae excipiunt. Quid igitur? Ajax cum Plutone pugnasse dicitur. Porro illud quoque animum advertas velim. Verbo usus est οὔτα, non interficiendi, sed vulnerandi proprio. Nam Deus vulnerari, non interfici potest.

Iam vide mihi totam narrationis compagem. Ulysses vulneratus Aiakis auxilio morte liberatur. Quid igitur tam certum est, quam ποῆtam, qui haec primus animo concepit et versibus inclusit, ita rem narrasse: Deus inferorum Ulyssi vulnerato manum iniecit, tanquam sibi debito. At Ajax praesto est, qui Plutone sauciato, Ulyssem superis auris vindicat. — Illud quoque certum est, non intellexisse haec, qui in hodiernam formam ista rededit; non enim ita ea interpolasset, ut totam vim narrationis perderet; at tamen non ea fuit audacia, ut nominibus Plutonem significantibus genus adiceret vel aliud quidquam, quod ex ipsius ingenio hauriendum esset. Ajax autem et Ulysses non temere consociati sunt. Iste nunc ab Aiace servatur, qui aliquando ei futurus est auctor interitus. Vide igitur, ne fragmentum habeamus carminis fortia facta Aiakis et mortem indignissimam celebrantis.

Aesch. Pers. 93.

δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ
 τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;
 τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδήματος εὐπετέος ἀνάσσων;

In his neque numeri ferri possunt, neque sententia apta est. Et illud quidem dubium non est, quin ἀνάσσων scripserit poeta; quod nequit cum genitivo conciliari. At etiamsi posset, laboraret sententia. Neque enim quaeritur, utrum quis in genere salire possit, sed tam procul, ut mortem effugiat. Igitur sic locum sanandum esse mihi persuadeo:

τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πῆδημα τόδ' εὐπετέως ἀνάσσων;

Hoc enim de more dictum est, ἀνάσσειν πῆδημα, et insertum illud τόδε saliendi notionem iusta circumscriptione coercescit. Infra v. 100 eiusdem carminis haud recte opinor editum est: τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν, cum scribi oporteret ὑπέκ.

Aesch. Agam. 472.

πιθανὸς ἄγαν ὁ θεῆλος ὄρος ἐπινέμεται
 ταχύπορος. ἀλλὰ ταχύμορον
 γυναικοκήρυκτον ὄλλεται κλέος.

ὄρος quid sibi velit, haud perspicio. Scripsit opinor:

πιθανὸς ἄγαν, ὁ θεῆλος ὄρος ἐνεμέδη.

Huius interpretamentum fuit ἐπινέμεται.

Aesch. Agam. 541.

μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσανθίας,
 σπαρνὰς παρήξεις καὶ καοστρώτους·

παρήξεις appulsus et in terram egressiones significare volunt, nullo, quod sciam, exemplo. Vide ne haec sit poetae manus:

μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσανθίας
 σπαρνὰς τ' ἀρήξεις καὶ καοστρώτους·

in quo ἀρηξίς medelam, solamen significet.

tatissima nihil aliud est quam hoc: πεπρωμένους ἡμᾶς ἐχρῆν
 πράξει. Nam *χρή* et *δεῖ* et alibi cum *ὄπως* et *ὥς* copulata
 reperiuntur. ἄκαιρος vero eadem vi dixit poëta huius fabu-
 lae v. 782.

τὸν τε δίκαιως καὶ τὸν ἀκαιρως
 πόλιν οἰκονοοῦντα πολιτῶν.

Similiter παρακαίριος usurpavit Hesiodus Op. et D. 329. Iam
χρή per se dictum saepe fati necessitatem indicat; sed
 πεπρωμένους poëta adiecit et in initio enunciationis collo-
 cavit, quia tota sententiae vis ea notione continetur. Ad
 illam enim ipsam facinoris excusationem Clytaemnestra
 confugit, ut fati necessitate et cruenti daemonis instinctu se
 illud commisisse dicat.

Aesch. Choeph. 624.

αἰδῶς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
 λόγους τίθεισιν· εἶπε θρασύσας ἀνῆρ
 πρὸς ἄνδρα κἀσήμενεν ἐμφανὲς τέκμαρ.

V. ἐν λεχθεῖσιν perinepta sunt. Vt iam mittamus v. λέγεσθαι
 et λόγους hand eleganter copulata; at ne recte quidem, si
 ita dixit, locutus est poëta. Debebat enim λεγομένοις, quia
 pudor, qui versatur in eis quae dicta sunt, non amplius verba
 obscurare potest, sed ubi quis cum maxime loquitur, aut ubi
 dicendum est, pudor superveniens orationem conturbare solet.
 Quapropter locum ita scribendum existimabam:

αἰδῶς γὰρ ἐν λέσχαισιν οὖσ' ἐπαργέμους
 λόγους cet.

Quam coniecturam scholiastae interpretamento egregie con-
 firmari postea intellexi. Is enim haec habet: ἐν λεχθεῖσιν·
 ἐν ταῖς πρὸς γυναικας ὁμιλίαις. In eandem vero loci emen-
 dationem statim incidit vir summus Godofredus Hermannus,
 cum et scholion et vulgatam scripturam coram eo commemo-
 rassent in iucundissimo illo Gothano philologorum coetu.

Sophocl. Oedip. Colon. 1069.

ἔρδουσιν ἢ μέλλουσιν; ὡς
 προμνᾶται τί μοι
 γνώμα τάχ' ἂν δώσειν
 τὰν δεινὰ τλάσαν, δεινὰ δ' εὐροῦσαν πρὸς ἀνθάϊμον πάθη.

Antigonam hic solam respici, etsi ambae sorores abductae sint, nihil offensionis habet, atque eodem genere dicendi saepius in hac ipsa fabula usus est poeta. Ismena enim ubique secundas agit et tamquam umbra sororis est. At aliud quempiam offendat: v. δώσειν. Scholiasta interpretatur ἐνδώσειν; nisi forte is in suo exemplo ἐνδώσειν pro ἂν δώσειν scriptum repperit. Quod cum ineptum esset, recentiores interpretes v. δίδοναι hic reddendi vim vel restituendi tribuerunt, quasi ἀποδώσειν legeretur. Quam verbi vim idoneis exemplis vellem comprobassent. Porro cum v. μέλλουσιν ἢ ἔρδουσιν ad Athenienses haud dubie referantur, subita subiecti permutatio incommoda est (nam δώσουσι ad Thebanos revocant). Restituendum igitur Sophocli σώσειν una mutata literula. σώζειν enim de recuperatione captivorum frequentatur, et in hac ipsa fabula aliquoties ita usurpatum est.

Soph. Philoct. 187.

ἂ δ' ἀδρυρόστομος
 Ἄχὼ τηλεφανῆς πικρᾶς
 οἰμογᾶς ὑποκεῖται.

Haec verba merito suspecta fuerunt interpretibus. Scholiasta: ἢ ἠχὼ πρὸς τὸν ὄδρυρνὸν ἀντιφθέγγεται; eamque sententiam desiderari non obscurum est. Ad eam proxime accedit Brunckii et Schneidewini mei coniectura. Et Brunckius quidem ὑποκεῖται in ὑπακούει mutabat, quo auscultare, non respondere fecit Echo; at respondendi notionem v. τηλεφανῆς requirere videtur. Schneidewinus vero ita locum emendari voluit:

τηλεφανῆς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑποκλάει —

genitivum regi opinatus a v. τηλεφανῆς, cui vim activi tribuit. Id quod fieri posse non nego; at orationem simpliciorum desidero et usitatam v. τηλεφανῆς significationem. Videndum igitur, ne ita Sophocles scripserit:

ἀ δ' ἀθροστόμος
Ἄχὼ τηλεφανῆς πικραῖς
οἰμωγαῖσιν ὑπαχεῖ.

Solon. Eleg. IV. Schneidewin. Del. p. 24.

v. 9. πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοὶ παραγίγνεται ἀνδρὶ
ἔμπεδος ἐκ νεάτων πυθμένος εἰς κορυφήν·
ὃν δ' ἄνδρες τιμῶσιν, ὅφ' ἔβριος οὐ κατὰ κόσμον
ἔρχεται, ἀλλ' ἀδίκους ἔργμασι πειθόμενος
οὐκ ἐδέλων ἔπεται· ταχέως δ' ἀναμίσχεται ἄτη.

Verissime distinctionem illam, qua ὅφ' ἔβριος ab antecedentibus divellitur, falsam esse iudicavit Hermannus in censura Delectus Schneidewiniani. At vel mutata interpunctione aliquid incommodi relinquitur. Perperam enim ὃν δῶσι θεοί et ὃν ἄνδρες τιμῶσιν inter se opponuntur. Opes enim divinitus datae vel maxime apud mortales in honore sunt. Puto igitur Solonem haec dixisse:

ὃν δ' ἄνδρες διφῶσιν ὅφ' ἔβριος, οὐ κατὰ κόσμον —

Conf. cuius haec imitationem continent, Hesiod. Op. et D. 320. In eandem sententiam et rectius fortasse Ahrensius et Bambergerus: μετίωσι.

Ibid. V. 32.

ἀναίτια ἔργα τίνουσιν
ἢ παῖδες τούτων ἡγεμόνων ὀπίσω.

Cod. A. apud Grotium προγόνων ὀπίσω. Fortasse τὸ γόνων ὀπίσω scribendum est: liberorum posteri. Mox v. 34:

δεινὴν εἰς αὐτοῦ δόξαν ἕκαστος ἔχει
πρὶν τι παθεῖν· τότε δ' αὖ τις ὀδύρεται·

In libris est pro v. δεινὴν — ἐνδὴν et ἐκδὴν; id rectius mutabitur in κεδνὴν quam in ἐσδλὴν, quorum alterum utrum postulat sententiarum nexus.

Solon. Eleg. 2. Schneidew. Del. p. 19.

ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστν
τρέχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.

In aliis libris est φίλοις. Utrumque opinor perperam. Nam scripsisse Solon videtur:

τρέχεται ἐν συνόδοις· τοῖς δ' ἀδίκους ὄφελος·

„scelestorum ex re est.”

Tyrtaei Eleg. 8. Schneid. p. 7.

ἴστε γὰρ ὡς Ἄρεος πολυδάκρυτος ἔργ' αἰδήλα,
εὔ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου.

Scribendum est ἴστε γὰρ Ἄρηος π. Nam multum ad sententiam refert, utrum praetuleris. Quod vulgatur revocantis est a belli muneribus; quod nos proposuimus, e familiaritate cum militia contracta virtutem commendantis.

Theogn. v. 295. Schneid. p. 71.

κωτίλω ἀνδρῶπιω σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος·
φθεγγόμενος δ' ἀδαής, οἷσι παρῆ, μέλεται.
ἐχθαίρουσι δὲ πάντες, ἀναγκαίη δ' ἐπίμυξις
ἀνδρὸς τοιοῦτον συμποσίῳ τελέθει.

Brunckius v. 2. ἀαδής et πέλεται scripsit; sententia plana, sed quae acumen non haberet. V. ἀαδής autem an non Graecum sit, dubitari potest. Nam quod apud Hesych. est:

ἀαδής. ἀηδής, ad doricam potius v. ἀηδής formam referendum esse videtur. Vide igitur ne haec sit Theognidis manus:

φθεγγομένον δ', ἀλέης, οἷσι παροῆ, μέλεται·

„Vbi loquitur, fuga cordi est, quibuscunque adest.” Plut. de Garr. 2. πᾶς φεύγει προτροπάδην.

Theogn. v. 985. p. 106.

αἶτε ἄνακτα φέρονσι δορυσσόον ἐς πόρον ἀνδρῶν
λάβρως, πυροφόρῳ τερπόμεναι πεδίῳ.

Haec Hermanno molesta fuerunt, et mihi quidem in v. τερπόμεναι erratum esse videtur. Scribo σπερχόμεναι. Vereor enim, ut agro segetum fertili, sed ad currendum non satis apto, equi valde delectari potuerint.

Theogn. v. 1013. Schn. p. 107.

ἂ μάκαρ εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὅστις ἄπειρος
ἄδλων εἰς Ἄιδεω δῶμα μέλαν καταβῆ,
πρὶν γ' ἐχθρὸς πτηξαι καὶ ὑπερβῆναι περ ἀνάγκη
ἐξετάσαι τε φίλους, ὅντιν' ἔχουσι νόον.

Schneidewinus: ὑπερβῆναι est peccare. Peccandi notio opinor ab hoc loco aliena est; et aliud scripsisse poetam additum v. πέρ ostendit. Sententia tale quid flagitat:

καὶ ὑπερμενέας περ ἀνάγκη·

„et necessitate adductum inimicos quamvis superbos adulari.”

Theogn. v. 1031. p. 108.

ἔχθει μῆδ' ἄχθον, μῆδὲ φίλους ἀνία.

Scripsit opinor non ἔχθει sed ὄχθει.

Theogn. v. 1044. p. 109.

εὐδομεν· φυλακὴ δὲ πόλεως φυλάκεσσι μελήσει
ἀστυφέλης ἐρατῆς πατρίδος ἡμετέρης.

Mirum illud epitheton ἀστυφέλης; si Megaris intelligitur, ne aptum quidem. Vide ne εὐσταφύλης dederit poeta.

Theogn. v. 1115. Schn. p. 112.

χρήματ' ἔχων πενήην μ' ὀνειδισας·

Scribe μοι ὀνειδισας.

Theogn. v. 1195. p. 116.

μήτι θεοὺς ἐπίορκον ἐπόμυθι· οὐ γὰρ ἀνεκτόν
ἀθανάτους κρύψαι χρεῖος ὀφειλόμενον.

Imo ἀνυστόν, non ἀνεκτόν.

Theogn. v. 1356. p. 123.

αἰεὶ παιδοφίλησιν ἐπὶ ζυγὸν ἀχένη κείται
δύσμορον, ἀργαλέον μνήμα φιλοξενίης.

Difficilis est horum verborum explicatio, etsi interpretibus non fuerint suspecta. Satis constat Laium puerorum amatoribus viam praeivisse. Is hospitalitatis iure violato Chrysippum, Pelopis filium, secum abduxit. Hanc fabulam a poeta respici credible est. Quod si ita est, non μνήμα φιλοξενίης sed μνήμ' ἀλιτοξενίης scribendum esse iudico.

Theogn. v. 1372.

μυρία δ' ἐξ αὐτοῦ κρέματα κακὰ, μυρία δ' ἐσθλά·
ἀλλ' ἔν τοι ταύτη καὶ τις ἔνεστι χάρις.

Subiectum orationis Amor est; ταύτη quo referatur non habet. Scribe ταύτῃ.

Philet. Eleg. 12, apud Schneid. p. 146.

τῷ οὐ μοι πολέων γαίης ὑπερ οὐδὲ θαλάσσης
ἐκ Διὸς ὀραίων ἐρχομένων ἔτέων·
οὐδ' ἀπὸ Μοῖρα κακῶν μελέω φέρει, ἀλλὰ μένουσιν
ἔμπεδα, καὶ τοῖσιν δ' ἄλλα προσανξάνεται.

plurima Hesioidea retineret. Neque ego dubito, quin in v. καταυδείη miserrime corrupto καματώδεα lateat; reliqua sic, opinor, redintegranda sunt:

— — θεός ὄπποτα

φλογμὸν πρὸς καθέταν ἰστάμενος θῆ καματώδεα.

„Cum Sol ad perpendicularum constitutus languidos aestus demittit.”

Antiphanis fragm. Athen. XIV, 618, b. Meinekii Com. Fr.
T. III, p. 24.

A. ποίαν, φράσον γὰρ, ἠδέτην συναυλίαν
ταύτην; — B. ἐπιστάσαι γὰρ ἀλλ' ἠῶλον ἐπι
μαδόντες, ὅστε τοὺς αὐλοὺς σὺ τε
αὐτῇ τελετῇ ψεδείδαμεν συντυγχάνεις
αὐλῶν πέραινε. δέξεται δὲ τᾶλλα σοι.
ἠδὲ τι κοινόν ἐστιν, οὐ χωρὶς πάλιν·
συννεύματ' οὐ προβλήμαδ' οἷς σημαίνεται
ἕκαστα.

Haec ita videntur emendanda esse:

1. A. ποίαν, φράσον γὰρ, ἠδέτην συναυλίαν
ταύτην; — B. ἐπιστάσεσδέ γ', ἀλλήλοιν ἐπι
μαδόντες, ὅδε [πρῶτα] τοὺς αὐλοὺς σὺ τε
αὐτῇ τε λήψεσθ'· εἶδ' ἂ μὲν σὺ τυγχάνεις
5. αὐλῶν, πέραινε· δέξεται δὲ τᾶλλα σοι·
ἠδη τι κοινόν ἐστι· σοῦ χωρὶς πάλιν·
συννεύματ' οὐ προβρήμαδ', οἷς σημαίνεται
ἕκαστα.

In v. 1 ἠδέτην Petiti est. In libris legitur ἦδε τήν. Vers. 2. ita correxi, ut res ipsa flagitabat; μανθάνειν ἐπὶ τινος est discere aliquo tamquam exemplo. Ceterum versus sic quoque expleri poterat:

οὕτω μαδόντες, ὅστε —

V. 4. verissime emendarunt partim Dindorfius, partim Meinekus. V. 6. Dindorfius ἤδη recte, opinor, pro ἡδύ rescribendum esse vidit; reliquae emendationis ratio non latet. V. 7. ita constitui, ut singula non verbis sed nutu significari dicantur.

Eubuli, Ath. X, p. 449, c. Mein. T. III, p. 255.

ἔστιν ἀγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηρὸς,
εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετραμένον, ὁξὺ διαπρὸς,
ἀνδρόπους τίκτον κατὰ τὴν πυγὴν ἐν' ἑαστον·
ᾧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται.
αὐτὸ δ' ἑαστος ἔχων αὐτὸν, καλέω δὲ φυλάττειν.

Ultimus versus intelligi nequit. Fortasse ita haec scripsit Eubulus:

πλανῶνται,

αὐτὸς ἑαστος ἔχων αὐτὸν, κόλπῳ δὲ φυλάττει.

Tabellas, quibus candidatorum nomina inscripta erant, postquam ex urna prodire, singulis redditas esse et ab his sinu conditas, consentaneum est.

Philetaeri, Ath. I, p. 21, c. Mein. III, p. 300.

Φιλέταιρος· ἀμφὶ στέρνοις φᾶρος οὐ καθήσεις,
τάλαν, μηδ' ἀγροικῶς ἄνω γόνατος ἀμφέξει;

De sententia dubitari nequit; sed versus aliter digerendos existimo, quam visum est editori praestantissimo; sunt cretici cum dochmiis copulati:

[σὸν δ'] ἀμφὶ στέρνοις
φᾶρος οὐ καθήσεις, τάλαν·
μηδ' ἀγροικῶς ἄνω γόνατος ἀμφέξει.

Epicratis, Ath. II, 59, c. Mein. p. 371.

Describitur Platonis schola. Inquiritur in naturam cucurbitae. Homo autem importunus, medicus Siculus

— κατέπαρδ' αὐτῶν
ὡς ληρούντων.

A. ἢ πον δεινῶς ὄργισθησαν
χλευάζεσθαι τ' ἐβόησαν·
τὸ γὰρ ἐν λίσχαις ταῖσδε τοιαντὶ
ποιεῖν ἀπρεπέες.

B. οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις·
ὁ Πλάτων δὲ παρῶν καὶ μάλα πράως,
οὐδὲν ὀρινθεὶς ἐπέταξ' αὐτοῖς
πάλιν * * * *
ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους.

Meinekius: Recte Porsonus et Dindorfius coniecisse videntur πάλιν ἐξ ἀρχῆς. Praeterea cucurbitae commemorationem desidero. Itaque totus versus ita scribendus esse videtur πάλιν ἐξ ἀρχῆς τὴν κολοκύντην cett. De quo non mihi convenit cum viro egregio. Scripsisse opinor Eubulum:

ἐπέταξε πάλιν πορδὴν αὐτοῖς
ἀφορίζεσθαι τίνος ἐστὶ γένους.

Cratini minoris, Ath. VI, 241, c. Mein. III, 377.

— — Κόρυδον τὸν χαλκοτόπον πεφύλαξο,
ἦν μὴ σοι νομιῖς αὐτὸν μηδὲν καταλείψειν,
μηδ' ὄψον κοινῆ μετὰ τούτου πρόποτε δαίση.

Secundus versus aliter ab aliis tentatus est. Porsonus: εἰ μὴ σοι — Lobeckius: οὐ μὴ σοι —. Meinekius, cui haec recte displicuerunt, totum versum abesse mavult. At minime ineptus est leniter emendatus:

ἢ μὴ σοι νομίσης —

„Alioqui noli existimare, quidquam eum tibi relicturum esse.”

Alexidis, Ath. XIII, p. 568, a. Mein. III, p. 423.

Exponitur quibus artibus meretrices corporis vitia emendare vel abscondere soleant:

— — κοιλίαν ἀδρᾶν ἔχει·

στηδὲ ἔστ' ἀνταῖσι τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί·
ὄρθά προσθεῖσαι τοιαῦτα τοῦνδντον τῆς κοιλίας
ὥσπερ εἰ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγον.

Ita hunc locum dedit Meinekius, aliquanto emendatiorem, quam in libris legitur. Idem praeferre se dicit προσθεῖσα ταῦτα et ἀπήγαγεν. Sed ut ταῦτα et τούτοις haud eleganter copulata iam omittam, at sententia laborat. Nam venter veste protracta non poterat, quin magis etiam prominere videretur. In Athenaei libris est:

ὄρθά προσθεῖσαι τοιαῦτα γοῦν αὐτῶν τῆς κοιλίας —

Apud Clementem:

ὄρθά προσθεῖσα οὐτοντύνδντον τῆς κοιλίας —

Qua propter hanc coniunctio ipsius poetae manum fuisse:

ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί

ὄρθά· προσθεῖσα τοῦτο τοῦνδντον τῆ κοιλία,
ὥσπερ εἰ κοντοῖσι τοῦπισθ' εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγεν.

Dicitur igitur indumentum illud (στηδία) eum in modum ventri adaptari, ut quae corporis partes nimis subsiderent et recederent, iam prominere.

Alexidis, apud Stob. CXIX, 15. Mein. III, 490.

τίς οὐχὶ φήσει τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους;
εἰ δεῖ γε πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους
εἶναι, πονεῖν τε δυναμένους τοῖς σώμασιν
μάλιστα, προσεδρεύειν τ' ἀρίστους τῷ πόθῳ,
ποιητικῶς, ἰταμοῶς, προθύμους, εὐπόρους,
ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀθλιωτάτους.

Duo versus postremi male habuerunt interpretes. Iacobsius: εἰ πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας; idem ἀλκιμωτάτους. Meinekius ἀθλιωτάτους, ut leniorem medelam, praefert, si modo vulgata ferri nequeat. At hoc quidem certum esse existimo, copulanda esse v. εὐπόρους ἐν τοῖς ἀπόροις, nec

his quidquam demendum esse vel addendum, qualis Iacobsii est emendatio, et Meieri, qui ἐνπόρως commendavit in Ephem. Halensib. Igitur locum ita emendari velim:

— ἐνπόρως

ἐν τοῖς ἀπόροις, βλέποντας ἐν ἀλαωτάτοις.

In rebus obscurissimis, in tenebris cernentes.

Alexidis, Ath. XIII, p. 562, 16. Mein. p. 496.

Ambulans quidam de amoris natura meditatur. Intelligit, artifices non recte eius iudolem expressisse. Deinde exponit, qualem ipse sibi eum animo informaverit. Postremo haec dicit:

καὶ ταῦτ' ἐγὼ, μὰ τὴν Ἀθηναῖν καὶ θεούς,
οὐκ οἶδ' ὅτι ἐστίν, ἀλλ' ὅμως ἔχει γέ τι
τοιούτον, ἐγγύς τ' εἰμὶ τοῦνόματος.

Haud temere Dobraeus ad τοῦνόματος offendit. Nomen enim Amoris minime fugiebat eum, qui loquitur, et nominavit in antecedentibus;

καὶ μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι
τὸν Ἔρωτα.

At cuius Dobraeo in mentem venit, πράγματος, quomodo in vulgatam abire potuerit, non intelligo. Scribo: τοῦ νοήματος.

Axiuchi, Ath. VI, p. 244, f. Mein. III, p. 531.

οἶνος οὐκ ἔνεστι

ἀντοῖς πρὸς ἑταίρους πρόφασιν ἐπὶ κῶμόν τινας,
ὅπερ ποιεῖν εἶωθε Γρυλλίων ἀεί.

Videntur haec ita emendanda:

οἶνον οὐκ ἔνεστ' ἔτι

αἰτεῖσθ' ἑταίρους πρόφασιν ἐπὶ κῶμόν τινα, —

πρόφασιν vim habet adverbii.

Axionici, Ath. III, p. 95, c. Mein. p. 535.

— — ζωμὸν ποιῶ

θερμὸν ἰχθὺν ἐπαναπλάττων, ἡμίβρωτα λείψανα
συντιθεῖς, οἶονται ἄνω ἔντερ' ἀλλ' καὶ σιλφίῳ
σφενδονῶν cet.

Vers. 3 ita corrigendus esse videtur:

συντιθεῖς, οἶνον διαίνων, ἔντερ' cet.

Dionysii, Ath. IX, p. 404, e. Mein. III, p. 548.

μὴ πάντ' ἄκουε μηδὲ πάντα μάνθανε,
τῶν βιαίων ἔσθ' ἔνεκα τὰ γεγραμμένα
κενὰ μᾶλλον ἢ ὅτ' ἦν οὐδέπω γεγραμμένα.

Haec male luxata sunt, ut Meinekio locus interpolatus esse visus sit. Coquus artis suae interpres dissuadet usum librorum rem culinariam illustrantium. Igitur sic scribo:

μὴ πάντ' ἄκουε μηδὲ πάντα μάνθανε·
τῶν γὰρ βιβλίων ἔσθ' οὕνεκα τὰ γεγραμμένα
κενὰ μᾶλλον ἔστιν οὐδέπω γεγραμμένων.

Ludit in ambiguitate v. κενός, quod librum et vacuum et inutilem significat.

Postrema huius fragmenti verba fortasse ita scribenda sunt:

παραθῶ τε δεῖπνον ὄζον αὔρας Ἀττικῆς·
ἐξ ἀντλίας δ' ἤκοντα καὶ γέμοντ' ἔτι
φορητικῶν μοι βρωμάτων ἀγωνίαις,
οὐ μὴ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι.

In libris deest post ἀντλίας particula; ἀγωνίαις vel ἀγωνίας molestiam significat, qua cibi tales concoquebantur. Est vero ea scriptura librorum mss., a Meinekio in ἀναγωγίαις mutata. In v. ultimo libri habent εἰ μὴ. Ex mea emendatione hoc dicit Dionysius: „Impediam, quominus obdormiscat; i. e. efficiam ut alacriter mandat.“

Dionysii, Ath. VIII, p. 381, c. Mein. p. 552.

Coquus alicui discipulo furandi artem tradit:

εἰς αὔριον σὲ κάμῃ ταῦτ' εὐφρανάτω.
 λαφυροπόλῃ παντάπασι μεταδίδου,
 τὴν πάροδον ἴν' ἔχῃς τῶν θυρῶν εὐνοστέραν.

V. λαφυροπόλῃ non intelligere se fatetur Meinekius, nec quisquam opinor intelliget. Scripsit autem Dionysius:

— ταῦτ' εὐφρανάτω
 τὰ λάφυρα· πυλωρῶ παντάπασι cet.

Et corruptelae et emendationis ratio manifesta est.

Dionysii, Ath. XIV, p. 615, e. Mein. III, p. 553.

Κηφισόδορον φασιν ἐπικαλούμενον
 πλάνον τίν' ἐν Ἀθήναις γενέσθαι, τὴν σχολὴν
 εἰς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ βίου καταχρώμενον.
 τοῦτον ἐντυχόντα πρὸς τὸ σιμὸν ἀνατρέχειν
 ἢ συγκαθεῖναι τῇ ἢ πλὴ τῇ βακτηρίᾳ.

Emendandi viam monstravit Iacobsius, qui v. postremum a v. ἡσυχᾶ incepisse coniiceret. Puto autem ita reliqua corrigenda esse:

ἡσυχᾶ κατιέναι δ' ἐπὶ τε τῇ βακτηρίᾳ.

„Pedetentim et bacillo fultus descendebat.”

Eubulidis, Ath. X, 437, d. Mein. III, p. 559.

σοφιστιᾶς, κάκιστε, καὶ χοῶν δέει
 τῶν μισθοδώρων οὐκ ἀδείπνων ἐν τρυφῇ.

Dobraeus: σῦκα δειπνῶν ἐντρυφᾶς. Ex his Meinekio σῦκα δειπνῶν valde arridet. At si sana sit vulgata, nescit an vertendum sit: „Non sinentium te, dum alii luxuriantur, incoenatum esse. Argutiora ista. Ebulides opinor ita scripserat:

οὐκ ἀδείπνω σὺν τρυφῇ.

Nam festis illis diebus et dona magistris mittebantur, et epulae apparabantur lautiores. Facile autem intelligitur tragici sermonis ludicra imitatio.

Heniochi, Athen. IX, p. 408, a. Mein. III, 362.

— ὅς δ' αἰεί ποτε
περὶ τοὺς κνάμους ἔσθ' οὗτος ὁ σοφιστῆς τέλος.

Iacobsius τέλος mutat in πολὺς; Meinekius ad sequentia v. τέλος trahendum existimat. Leniore medela scripseris ἔσχ' pro ἔσθ'.

Mnesimachi, Ath. X, p. 417, e. Mein. III, 567.

εἰμὶ γὰρ Βοιώτιος,
ὀλίγα μὲν ἄλλων δίκαια ταῦτα, πολλὰ δ' ἔσθιων.

Mein. in ἄλλων — λαλῶν latere recte, opinor, perspexit. Videtur autem ita Mnesimachus scripsisse:

ὀλίγα μὲν λαλῶν, ἀναγκαῖ' αὐτά, π.

Pauca, ipsa necessaria, loquens.

Sotadis, Athen. VII, 293, a. Mein. III, 585.

λάβρακα μετὰ ταῦτ' ἐπριάμην καλὸν σφόδρα,
ἔσται δι' ἄλμης λιπαρὸς ἐφθός ἐν χλόῃ.
ἀποδοὺς ὅσ' ἐστὶν ἀπ' ὀβελίσκων ὀπτανά,
τρίγλας seqq.

Haec non citra distinctionem corrupta sunt; nam post χλόῃ commate interpungendum, post ὀπτανά plena interpunctione opus est. Sententia haec est: Postquam dedit (ὁ λάβραξ), quae assanda sunt; i. e. resectis iis partibus, quae melius assantur. Obiter moneo, Meinekium III. p. 500 in verbis Alexidis ἀλλ' ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντ' ἔχειν τὰ περιττά μισῶ· recte servasse scripturam vulgatam, non recte genitivum explicuisse. Suspensus est enim e ὕ. περιττά, ut Xenoph. περιττά τῶν ἀρκούντων dixit.

Timoclis, apud Stob. Flor. CXXV, 10. Mein. III, 611.

τοῖς μὲν τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικῆς θεός,
τοῖς ζῶσι δ' ἕτερον ἀνοσιώτατον φθόνος.

F. δὲ τέρας ἄ.

Theophili, Athen. XIII, 563, a. Mein. III, 631.

Loquitur de deliciis suis, pulcerrima puella,

ἣν ἔστ' ἰδεῖν ἠδίων, ἢ τὸ θεωρικὸν
ἔχουσιν ὑμῖν διανέμειν ἐκάστοτε.

Meinekio vitium latere visum est in v. διανέμειν. Quod non concedo viro doctissimo. Sententia enim haec est, ut docet prior pars huius fragmenti: Amantes maioribus gaudiis afficiuntur, quam qui ad rem publicam accesserunt, et muneribus funguntur vel maxime expetitis, quale erat munus quaestorium. Sed ἔχουσιν nequit intelligi. Scribe ἐκοῦσιν, quo lepide perstringitur largitionum ninium apud Athenienses studium.

A. Emperius.